



Universitätsbibliothek Paderborn

**Consultationes Theologicæ Et Spirituales Christiani verè
fidelis & verè devoti ...**

... De Excellentiis Sanctissimæ Virginis Mariæ Matris Dei

Louis François <d'Argentan>

Augustæ Vindel. ; Dilingæ, 1726

VD18 80217915

§. unicus. Quomodo anima immortalis tractare debeat in tempore negotia
suæ æternitatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45581

nec idoneam nisi animabus ignavis,
quæ nullam conficiendi negotia
magna habeat capacitatem:

Exercitium Exanta & perficie negotia con-
facile & ditionis tuæ, sed nihil intuere in
valde utile.

Exanta & perficie negotia con-
facile & ditionis tuæ, sed nihil intuere in
valde utile. illis magnum, nisi solam voluntate
Dei; contemne illa in scipis,
tanquam res nihili, quæque non
spectent ad te; Sed aspice in om-
nibus adorandam voluntatem Dei,
quæ estimare te faciet illa, & ome-
nia etiam minima curare, solicite,
tanquam negotia Dei: Non inten-
de alteri, nisi commodi & utilita-
ti illus, nec prætende quid aliud,
nisi ut perfectè placens supremo
Domino tuo, perficiendo id bene,
quod mandaverit tibi: Memineris
id ipsum quantocum finendum, nec
quidquam aliud te amplius curatu-
rum; permitte mortuos sepelire
suos mortuos, desetes mundum
cum omnibus ipsius negotijs, com-
mittet is illa cuiquam alteri; siqui-
dem is non indiget tui, nec tu in-

diges illius: Videbis tunc, omnia
ipsius negotia non fuisse tua, eò-
quod illa non sint æterna, & nego-
tium tuum etiam non fuisse ipsius,
eòquod illud non sit temporale;
Siquidem, uno verbo, nisi magis
est verum, quamvis nil minus sit
cognitum, minùsque credatur,
quam sequens effatum: *Omne quod
non est æternum, non est anima
immortalis negotium;* non debet
igitur illius fulcipe curam, non
estimare illud, & non nisi contem-
ptim aspicere; devotio est magnum
ipsius negotium; pietas, quæ ex-
stimulari debet in omnibus, quæ
agit est præcipuum & magis pón-
derosum ipsius negotium; Cura sa-
luti sua æternæ est maximum &
unitum ipsius necessarium; Exte-
ra omnia non aspiciat, nec mini-
mum quid cureret. Beata, & milles
magis, quam exprimi possit, beata
anima, quæ bene hanc comprehen-
dit veritatem.

S. Unicus,

Quomodo Anima immortalis tractare debeat in tempore negotia æternitatis sua.

Seminamus. **S**ed de cætero, quamvis anima
in tempore, immortalis aspirare non de-
bet, nisi ad æternitatem, nihiló-
minus se estimare non debet inse-
licem eòquod se videat consticta,
& veluti captivam in tempore, in
hoc enim præstare potest mira, ja-
ciens largiter & incessanter in ter-
ram æternitatis sua beatæ semina,

que olim colligeret & recipiet in cœ-
lo; dumodò devota sit dumodò
unico suo bene intendat negotio,
dumodò bene suum collocet tem-
pus, utiliter laborandò, uti facere
potest absq; illa quasi difficultate.
O mi Deus, quam dives evadit hæc
animal! sive non faciat nisi hoc solù,
sive alia negotia conficete debeat in

vix

vita praesenti (patrum interest, modo sit vere devota) tam magna enim & mita patrare potest in tempore , pro aeternitate , & acquirete absque labore multo tam ingentes divitas , ut , qui signifikat etiam enumeraret illas , & illarum asperceret abundantiam , percelleretur horrore , nec illam comprehendere posset . Sed intuitus hic tam suavis , tamque consolatorius est , ut anima totius mundi recordissimam admirabili accenderet Zelo , qui que infatigabili reddebet ipsam in continuis exercitijs devotionis .

Quis est , quem non allicit magnum hoc Sancti Pauli Apostoli effatum : *Momentaneum hoc & leve , aeternum gloria pondus operatur in nobis :* Dicit nobis , quod momentum leve praesentis , & infelicitatis vita preferat & patiat nobis pondus aeternitatis beatae . Salomon , qui Rex erat tam potens , tamque magnificus , non donavit Hiram nisi Viginti pagos vel oppida in terra Galilaea pro viginti annorum servitijs , quae illi impendit . Sed Deus , qui Monarcha est infinita ratione maior & ditor , impeditur servis suis totum Regnum suum pro metende exiguum servitiorum , quae impendunt ipsis , non solum , quamdiu vivunt sed remuneratur unius diei labore , centies milenorum annorum proemis . O munificentiam boni Iustus Domini ! quis non exstuet defidio sua ipsis exhibendi servitiae ?

sed plura adhuc facit ; siquidem remuneratur horas , & non horas solum , sed momenta tota & integrâ aeternitate , de quo certus sum per hoc Sacrae Scripturæ oraculum , quod est infaillibile : *Momentaneum hoc & leve , aeternum gloria pondus operatur in nobis .* Verum de quo momento loquitur & loquitur de omnibus , siquidem nec unicum est in vita , de quo id aequaliter non dici possit , ac de altero . Jam cogita & vide , quoque te id deducere poterit .

In quolibet anno vita tua numeras trecentos , sexaginta & quinque dies , & quilibet dies complectitur virginis quatuor horas ; habes igitur in quolibet anno octo millenas , septingentas , sexaginta & sex horas . Jam quilibet hora diei includit sexaginta minuta ; habes igitur in quolibet vita tua anno , quingenta viginti quinque millia , nongenta & sexaginta minuta vel momenta ; & ex tota hac multitudine nec unicum solum est , de quo affirmari non possint eadem cum veritate , praesata Sancti Apostoli verba : *Momentaneum hoc leve , aeternum Quid momenta gloria pondus operatur in nobis :* mensa vita tua eximodò , dum transire recipiat semen aeternum aenjus operis . In devoti & fio Dei , impij nihil in eo seminant , & consequenter nihil etiam nec metent , nisi coronas aeternas . *Sicutus Sanctus Paulus nobis dicit , nos nihil mes-*

mina-

i. Cor. 4.
v. 17.

Bene re-
muneratur
liberalius
homines.

minaverimus in tempore : *Quo-
anim seminaverit homo, has & me-
tet.* Sed si verè devotus es, si
agere studes fidem servum Dei,
si tibi ipsi invigilas, sine intermit-
tione applicando te exercitijs pie-
tatis, replere potes omnia tua
momenta pretioso hoc semine,
quod proferet tibi pondus æternæ
gloriarum ; volo dicere, illa omnia,
ubi agis cum libertate & attentio-
ne ad id, quod agis, quod facere
potes facillimè ; siquidem tan-
tum abest, ut aliquam tibi id pa-
tit difficultatem, ut potius ma-
gno tibi futurum sit adminículo,
ad faciendum, quando ceu scopu-
m præfixeris tibi Deum, & ha-
bueris intentionem promovendi
magnum negotium salutis tuæ : si
laboras, labora pro Deo, si quie-
scis, quiesce pro Deo, si pateris,
patere pro Deo, si legis vel scri-
bis, lege vel scribe pro Deo, si
jejunas, si oras, si largiris Eleemo-
synam, ora, jejuna, largire Ele-
mosynam pro Deo ; & ut verbo
dicam id, quod magnus Aposto-
lus nos docet : sive manducatis,
sive bibitis, sive aliud quid faci-
atis, omnia in gloriam Dei facite:
quod si facies, seminaveris in om-
nibus momentis vita tua, preio-
sum germen, quorum unumquodque
proferet fructum immorta-
lis gloria, quem metes in æterni-
tate.

*1 Cor. 10.
v. 3.2.*

Posthac enumera dñitias tuas,
& vide, an illarum inire nume-

metum poteris, omnemque illa-
rum comprehendere magnitudi-
nem : habes in unico anno, quin-
genta viginti quinque millia, non-
genta & sexaginta momenta, que
cum omnia impleantur semiac
bonorum tuorum operum, sunt
toidem coronæ æternæ, quas tibi
producent ; siquidem dubitare
non licet de secunditate alicujus
momenti, cum Sacra Scriptura
nobis assertat, unumquodque ope-
rasi in nobis pondus æternæ glo-
riæ ; quot igitur momenta, tot
etiam numeranda sunt Coronæ.
Quam stupenda divitiatum abun-
dantia ! & tamen non nisi unius
adhuc anni est mesis : quantas igio-
tur habebis intra decem annos ?
quantas intra quadraginta ? quan-
tas intra quinquaginta vel sexagin-
ta, vel plures adhuc annos, si ex-
egeris hos in tertio Dei, exercens
& amplectens veram devotionem ?
an facile ad calculos hos poteris
revocare.

Bene novi, non omnia mo-
menta tua fore his plena, & mag-
nam illarum partem mansuram
hinc vacuam : Sed supponemus,
te non seminasse, nisi dimidiata
partem, supponamus non nisi
quartam, non nisi semi-quartam
partem ; subduc de his rationem,
& vide, quam copiosam sis obtin-
turus messis : dumque colligis è
quotlibet momento fructum boni
seminis, quod illud replesti, video-
bis nec unicum ex illis fore, quod

sibi

tibi suum non impetratur thesau-
rum, hicque thesaurus minor non
erit; quam possessio Dei. Ecce
quæ tandem futura sit divitiarum
tuatum abundantia.

Tunc perspicias, quam beatus
sis futurus ex eo, quod singula-
rem fueris amplexus devotionem;
videbis, & admiraberis id, quod
non poteris comprehendere, vide-
bis id, & cor tuum perfusum gaudi-
non cessabit benedicere Deum, exsol-
vere illi grates in omnē aeternitatē.
Bene ominata momenta, inquier,
quæ consecravi servitio Dei, non-
nisi hæc numero, cetera enim
omnia mihi sunt inutilia! Beata
omnia tempora, quæ littata à me
fuit: devotioni, omnia namque
residua pro me, & quantum ad
me, sunt perdita. Beati dies, in
quibus devotus extiti, devotus JE-
SU Christo, devotus Sanctissimæ
Virginis (hæc enim devotiones, si-
veræ sunt, nunquam ab invicem
separantur) Eheu! si bene habui-
sem exploratum, quod proprijs

meis modò perspicio oculis, nun-
quam fecissem aliud cunctis mo-
mentis vitæ meæ, quam JESU
Christo, & Sanctissimæ Virginis
devotionis offerte opera; Siqui-
dem luculenter video, id omne
esse, quod bonam, quod profi-
cum, quod pretiosum continet
& possidet mundus; omne reli-
quum non nisi est vanitas.

Tu igitur, mi Fratet, qui ulti-
mas has lecturas lineas, credas
id modò firmissimè, & ex nunc
firmiter tecum statue, sed tam
firmiter, quasi te voto obstrioge-
res, futurum te deinceps, quoad
vita tibi superstes erit (mediante
divinâ gratiâ, quæ nunquam tibi
deerit) devotissimum JESU Chri-
sto, & Virginis Sanctissimæ. Di-
mitto te cum bono hoc proposito
& precor flexo poplite, & ex-
ardentissimo affectu cordis mei:
Deus Pater JESUS Christus, ama-
bilissimus Salvator meus, Spi-
rus Sanctus, & Sanctissima Vir-
go confirmant id ipsum.

Gratiarum acto & Conclusio totius hujus parvi operis.

Grates immortales exsolvo tibi,
O Sanctissima Virgo, adoran-
da Mater Dei mei, Salvatoris mei;
Augustissima Regina Angelorum
& hominum, suprema Domina
omnium Creaturarum: Invoco,
& omnium creatorum Entium, quæ
universum incolunt orbem, im-

ploro opem, ut me adjuvent in
reddendo tibi grates pro innume-
ris beneficijs, quæ incomparabilis
tua in me contulit bonitas, totius
meæ decursu vite.

Sed inter alia pro honore, quo
affecisti me, dum mea uti voluisti
operâ, ex consilio quidem & hor-

11111. tatu.

R. P. Isaac, Consultat, Tom. III.